

**VD16 P 4975****Proclus [Diadochus] / Linacre, Thomas / Tannstetter Collimitius, Georg****Procli Diadochi Sphaera Astronomiam discere incipientibus utilissima****Viennae Pannoniae 1511****4 A.gr.b. 1198**

### Copyright

Das Copyright für alle Webdokumente, insbesondere für Bilder, liegt bei der Bayerischen Staatsbibliothek. Eine Folgeverwertung von Webdokumenten ist nur mit Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek bzw. des Autors möglich. Externe Links auf die Angebote sind ausdrücklich erwünscht. Eine unautorisierte Übernahme ganzer Seiten oder ganzer Beiträge oder Beitragsteile ist dagegen nicht zulässig. Für nicht-kommerzielle Ausbildungszwecke können einzelne Materialien kopiert werden, solange eindeutig die Urheberschaft der Autoren bzw. der Bayerischen Staatsbibliothek kenntlich gemacht wird.


Eine Verwertung von urheberrechtlich geschützten Beiträgen und Abbildungen der auf den Servern der Bayerischen Staatsbibliothek befindlichen Daten, insbesondere durch Vervielfältigung oder Verbreitung, ist ohne vorherige schriftliche Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig und strafbar, soweit sich aus dem Urheberrechtsgesetz nichts anderes ergibt. Insbesondere ist eine Einspeicherung oder Verarbeitung in Datensystemen ohne Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig.

The Bayerische Staatsbibliothek (BSB) owns the copyright for all web documents, in particular for all images. Any further use of the web documents is subject to the approval of the Bayerische Staatsbibliothek and/or the author. External links to the offer of the BSB are expressly welcome. However, it is illegal to copy whole pages or complete articles or parts of articles without prior authorisation. Some individual materials may be copied for non-commercial educational purposes, provided that the authorship of the author(s) or of the Bayerische Staatsbibliothek is indicated unambiguously.

Unless provided otherwise by the copyright law, it is illegal and may be prosecuted as a punishable offence to use copyrighted articles and representations of the data stored on the servers of the Bayerische Staatsbibliothek, in particular by copying or disseminating them, without the prior written approval of the Bayerische Staatsbibliothek. It is in particular illegal to store or process any data in data systems without the approval of the Bayerische Staatsbibliothek.

*40*  
A. gr. b.

1198



5.1198

4 A.g.r.b. 1198

Proclus

&lt;36622096800017

E

S


&lt;36622096800017

Bayer. Staatsbibliothek



*a. gr. 2. 15.*  
PROCLI DIADOCHI SPHAERA . ASTRO,  
nomiam discere incipientibus utilissima. Thoma  
Linacro Britanno interprete.

APENDICVLA . G.T. COLLIMITII DE ORTV  
& occasu Siderum , ut est apud poetas. Varronē.  
Columellam, Pliniumq; & cæteros.



IOAN. ABHAusER VINDELICVS.  
Ad Lectorem.

Suspicis immensum cœlum quos torqueat "orbes  
Qui peragant cursus sidera pulchra uagos  
Certe ea cum uariis tibi sint perscripta libellis  
Quos memori uerasas nocte dieq; manu.  
Adde istis Proclum Latio quem Græcia misit,  
Quem docuit Linacrus uerba latina loqui.  
Et breuis hic fateor, breuitas sed digna fauore est  
Qua docet atq; iuuat, nunquid & hocce satis?

a

Conventus Anglatæi F. F. predicatorum.

mar. reb. b. 15  
borg. a. lat. b. 546

GEORGIVS TANNSTETTER COLLIMITI,  
us Viennæ in Astronomia professor ordinarius,  
Ioachimo Vadiano Poetices can-  
didato cōphilosopho suo.  
S.P.D.



Vum nuper Procli Diadochi de Sphæra  
libellum elimatis simis Iulii Firmici libris &  
M. Manili Astronomicis, cæterisq; præcla-  
ris scriptoribus adpressū casu legisse, mo-  
vit subito animū, & scriptoris tam latinæ tralati cōcinni-  
tas, & studiosorū omniū emolumētū, quod facile uel uo-  
lentibus accessurū putabā, si seorsum codicillus ille, iterū  
typis stanneis adauctus, diuulgaret, paucis enī tam precio-  
sos, ab Aldo præsertim impressos libros emēdi est copia,  
& in primis modestæ conditionis tyronibus, quos nosti  
plerūq; plus huiusmodi disciplinis adiicere diligētiæ & ui-  
giliarū, q̄ uel ditissimi soleāt, qui se aliunde & felices esse, &  
cœlos terrestribus illis splendoribus adequare existimant.  
Sumpsi igitur libens id perficiēdi labore, apud Lucā no-  
strum Bibliopolā, qui mihi probis adulescētibus gratifi-  
cāturo, Lubēs quoq; acquieuit. Et ne sine corollis, in mul-  
torum prospectū nudus author exeat, adieci apendiculā,  
breuem quidē, sed qua longiore téporis angustia phibe-  
bat. De ortibus inquā & occasibus siderū apud scriptores  
litteratores celebriū, de quibus quia sæpe mecū & seriosis  
inquisitionibus egisti, & cōuiualibus nōnunq̄ fabulationi-  
bus, ut quicq̄ darem non sine conuitio efflagitasti. Totam  
tibi operam a libelli statim frontispicio, occasione quadā

nacta q̄ libetissime dico, ea tamen cōditione ut maiora &  
longe copiosius diffusa, me editurū, tibi persuadeas, quum  
nostrum Cōmentariolum in Sphærā, quod iam sub incu-  
de malleolis nostris effigiat, propediem absolute fabrefa-  
ctum, in multorū manus legendū emittemus. Præterea q̄  
harum te rerū noui apprime studiosum, utpote quas stu-  
diorum tuorum expostulat ratio, induxi animum, me tua  
benevolētia, clamosum preconem habiturū, si modo no-  
stro instituto nemo uel Zoilus uel Ardelio cōtrauenerit.  
Quod si contra fore animaduerteris, te precor, uti Apollis-  
nis tu sacerdos, & musarū inuentis mancipatisimus (sicut  
quondā fecit ob filiam suam Chries) ob detrectatam siue  
potius Lesam famā, Apollini lites, numen exores, uti telis  
feruida manu deiectis, eos omnes prosternat, qui sunt no-  
strorum studiorum emuli. Vale, Viennæ Pannoniæ pri-  
die Idus Nouembris. Anno. &c. undecimo supra sesqui-  
millesimum.

a z

PROCLI DIADOCHI SPHAERA THOMA,  
LINACRO BRITANNO INTERPRETE.  
DE AXI ET POLIS.

**A**XIS mundi uocat̄ demet̄ ēs ipsiū, circa quā  
uoluit̄. Axis extrema poli mūdi seu uertices  
sunt nominati, hor̄ alter septētrionalis. alter  
Austrinus dicit̄. Septētrionalis qui semp̄ in  
nostra habitatiōe apparet. Austrinus contra, qui semp̄, ut  
ad nostrū horizonta cōditur. Sūt tamē in terra loca quæ  
dam, in qbus polus, qui semp̄ nobis conspicuuus est, iis qui  
ibi degunt haud quaq̄ cernit̄. Qui uero nobis ppetuo oc  
cultus est, iisdē cōspicuuus euadit. Rursus quoq; locū quē  
piam in terris inuenias. Vbi ambo poli æquabile in horī  
zonte situm habēt.

DE CIRCVLIS SPHAERE.

Irculorum Sphære, alii Parabelli siue æquedistātes  
sunt, alii obliqui, alii p̄ polos ducti. Aequedistantes  
sunt, quibus iidem cū mundo poli sunt. Sunt aut̄ ii  
numero quinq;. Septentrionalis. Solsticialis. Aequator.  
Brumalis. Antarcticus. Septētrionalis igit̄ circulus is est,  
qui oīm quos ppetuo cernimus. Plane maximus est, quiq;  
horizonta solo pūcto cōtingit, totus supra terrā interce  
ptus. In hoc quæcūq; claudunt̄ astra, nec ortū nec occasū  
norūt, sed circa polū uerti tota nocte cernunt̄. Porro is cir  
culus in nostro tractu, a priore maioris ursæ describitur.  
Solsticialis aut̄ circulus is est, qui oīm, qui a sole describū  
tur maxime Septētrionalis habet̄. In quē cū se sol recepe  
rit, æstiua reciprocationē peragit, lōgissimusq; totius anni  
dies, breuissimaq; nox exit. Post hanc aut̄ reciprocationē

7. a, b.

ab horizonte diuiditur, donec ad plagā quandā uentum  
sit, nobis certe Australe, in qua tropicus ab horizonte per  
æquas partes secatur. At in nostra habitatiōe, ita Solsticia  
Iis ab horizonte scindit. Ut uniuerso circulo per octo par-  
tis dissecto, quinq; supra terrā appareat, tres sub terra la-  
teant. Sane ad hoc clima direxisse stilū Aratus uidetur, cū  
Phænomena cōscriberet. In quibus cum de Solstitiali tro-  
pico disserit ita ait.

Huius in octonis dissecti partibus alta

Terrarum inuisunt quinq;, tres ima frequentant,  
Alterni & Phœbi redditus celebrantur eodem.

Quanq; ne dissimulandū censuerim eosdem antea a Ger-  
manico Cæsare in Arato suo latinos in hūc modū factos.

Hunc octo in partis si quis diuiserit orbem.

Quinq; super terras semper fulgere notabit,  
At tres sub terris, breuibusq; latere sub umbris.

Hoc cancrum tetigit cum Titan orbe, timete

Aestatem rapidam, & soluentes corpora morbos.

Quos eo libentius Arcture decus commemorauit, ut in-  
telligas maximos principes. quorum gloriā te nō solum  
æquaturū, sed etiā superaturū auguror, huiuscmodi stu-  
diis fuisse delectatos. Ex hac diuisione sequitur maximum  
diem horarū æquinoctialiū quindecim esse, noctē uero no-  
uem. In Rhodio aut horizonte ita tropicus ab horizonte  
dirimitur, ut cū circulus uniuersus in octo & quadraginta  
partis secerit unde triginta sectiones supra horizontē ap-  
pareant, unde uiginti sub terra lateant. Ex qua diuisione fit  
ut apud Rhodios longissimus dies horas æquinoctiales  
quatuordecim habeat, nox nouē, additis hinc inde semiſ-  
sibus unius horæ singulis. Acquator uero circulus p uni-

uersum terrarū orbē ita ab horizonte diuiditur, ut semi-  
circulus eius supra terrā extet, semicirculus sub terra lin-  
quatur. Quo sit, ut in hoc circulo æquinoctia fiant. Bru-  
malis aut tropicus ea ratiōe ab horizonte intersectus est,  
ut minor e sectionibus supra terrā habeat, maior sub terra  
Inæquabilitas uero sectionū eandem in oībus climatibus  
uarietatē habet, quā etiā in Solsticiali tropico diximus,  
semp enī respōdentes ex aduerso tropicō sectiones æqua-  
les inter se sunt. Eoq; sit ut maximus dies maxime nocti  
æqualis euadat. Antarcticus aut circulus totus sub hori-  
zonte latet.

## DE MAGNITUDINE AEQVIDISTANTIVM

Ed ex quinq; iam memoratis circulis, quorundā  
magnitudines p uniuersum terrarē orbē eadem sibi  
cōstant. Nō nullorū pro climatibus mutātur. Aliis-  
q; maiores, aliis minores circuli euadunt. Tropici enim &  
æquator pares p totū orbē magnitudines seruāt. Arctici  
magnitudinē uariāt, cum alibi maiores, alibi minores cer-  
nuntur. Quippe iis qui Septētriones uersus degūt, maio-  
res Septētrionales fiunt, cum polo magis in altū sublato  
arcticū circulū, qui horizonta cōtingit, necesse sit assidue  
maiorē fieri. hiis uero qui magis etiā ad Septētriones uer-  
gunt, interdū Solsticiali tropicus in arcticum plane abit.  
Fitq; ut duo circuli Septētrionalis, tropicusq; coeant, pro  
unoq; habeātur. Adeo cū magis etiā ad Septētriones ac-  
ceditur, maiores Solsticiali tropico Septētrionales reddū-  
tur. Nec finis, donec eo uentū sit, ubi quoniā polus supra  
uerticē cōspicitur, Septētrionalis in horizontis locū cæ-  
dit, eiq; in mūdi rotatu cōiungitur æquatoris plane mag-  
nitudine, sitq; ut tres circuli Septētrionalis, æquator, &c.

nequaq; ultra Septētriones uersus solē pgredi, quin pōti⁹  
ad diuersa mundi regredi cernas. Vnde & tropico Græce  
nomē. Aequator circulus is est, qui maximus æquidistā-  
tium circulorū statuitur. Ita nimirū ab horizonte dissectus  
ut alter eius semicirculus supra terrā, alter sub terra cōda-  
tur. In hoc sol duplex æquinoctiū uernū, autūnaleq; facit.  
Brumalis circulus is est, qui oīm circulorū, qui a sole mūdi  
circūactu describuntur, maxime ad Austrū ptinet. In quo  
sol Brumalem reciprocationē facit, maximaq; totius anni  
nox, minimusq; dies efficitur. Post hāc metā nequaq; ultra  
pgreditur sol, sed ad alteras mūdi partes reuertitur. Vnde  
tropicus hic quoq; quasi uersilis appellatur. Antarcticus  
uero circulus æqualis & æquidistās Septētrionali circulo  
est, & horizonta uno pūcto cōtingens, totus præterea sub  
terrīs mersus, in quo sita astra semp nobis occulta manent.  
Maximus aut̄ ex quinq; memoratis circulis est æquator,  
deinde tropici. Minimi uero (quod ad nostrā habitationē  
dixerim) arctici. Porro hos circulos citra oēm latitudinem  
intelligi cōuenit ratione cognobiles ex astro& situ. Et eodē  
dioptra obtutu. Et nostro intellectu deliniatos. Sensu enī  
unus lacteus discerni in cœlo potest. Reliqui oēs ratione.

## CVR QVINQVE DVNTAXAT AEQVI- DISTANTES IN SPHAERA.

Vinq; uero dūtaxat æquidistātes circuli describi in  
q Sphæra solent, quod tamē nō eo ualet, quasi ii soli  
in mūdo æquidistātes sint, quippe, cū sol quotidie  
æquidistantē æquatori circulū (quod sensu aīaduerti licet)  
mūdi rotatu pagat. Quo fit, ut bis centū nonaginta duos  
æquidistātes circulos intra tropicos describat, totidē enim  
dies intra reciprocationes numerātur, quin & stellæ ipse

uniuersæ in æquidistantibus circulis quotidie ferūtur, nō tam  
men hi oēs in Sphærā adhibētur. Quod tametsi multis  
aliis rebus in Astrologia cōducant ( siquidē fieri nequit, ut  
uel astra probe in Sphæra locētur sine oībus æquidistanti-  
bus circulis, uel examissim dierū noctiūq; magnitudines  
sine iisdem inueniātur ) tamē quod ad prima Astrologiæ  
rudimēta nō adeo utiles existimati sunt, parū uisum est eos  
in Sphærā adscribi. Quinq; uero æquidistantes circuli ob-  
certa cōpendia, quæ Astrologiæ tyronibus afferūt, opti-  
mo iure in Sphærā sunt adhibiti. Septētrionalis enī astra,  
quæ nobis ppetuo cernūtur definit. Solsticialis tropicus,  
solis reciprocationē cōtinet, finisq; est eiusdē ad boreā trā-  
situs. Aequator circulus æquinoctia cōpleteatur. Bruma-  
lis tropicus solis ad Austrū pgressi meta est. Et brumalē  
eius reciprocationē in se habet. Antarcticus circulus astra  
quæ nostrū conspectū fugiūt determinat. Itaq; cū iis, qui  
primis Astrologiæ rudimētis imbūendi sunt, certa emolu-  
mēta suggerāt, merito in Sphærā cōiectos, quis dubitet?

## DE OCCULTATIONE ET EMERSV AEQVIDISTANTIVM.

Erum ex memoratis quinq; æquidistantib⁹ circulis,  
u. Arcticus sane supra terrā totus existit. Solsticialis  
aut tropicus biptito ab horizonte scindit, maiore  
eius parte supra terram cōspicua, minore subter occulta.  
Neq; tamē in omni tractu urbeue similiter circulus hic ab  
horizōte secatur. Sed p climatū uarietate, uariā sectionū  
exuperantiā sortitur. iis quoq; qui proprius Septētriones  
agūt, in æquabilius ab horizonte scindit. Nec finis, donec  
eo loci uentū sit, ubi totus supra terrā emineat. Qui uero  
ad Austrū magis uergūt, iis pfecto p æquabiliores partes

horizon eundē situm positūq; obtineāt. Rursus aut̄ iis qui ad Austrū habitāt, poli humiliores sunt, Septētrionales uero circuli minores, finis aut̄ decremēti est locus ad Austrum nobis situs sub æquatore, in quo poli sub horizōte habētur. Septētrionalis aut̄ circuli prorsus euaneare. Ita ex quinq; æquidistantibus tres deniq; superāt, nempe cum æquatore, tropici duo.

### DE NVMERO AEQVIDISTANTIVM.

Eq; enī ob ea quæ dicta sunt quinq; ppetuos æquidistantes existimandū. Sed pro nostra habitatione numerū eorū existere, quippe quibusdā in horizōtibus dūtaxat æquidistantes inuenias. Sūt sane & supra terram habitatiōes, quarū prima est, in qua Solsticialis circulus horizonta cōtingit. Et pro arctico plane habetur. Secunda, quā sub polo appellant. Tercia, p̄e qua paulo ante tetulimus, quā sub æquatore nominant.

### DE ORDINE AEQVIDISTANTIVM.

Voc circa nec ordo quinq; æquidistantiū circulorū idem apud oēs est, sed in nostro tractu primū sane Septentrionalē dixeris. Secundū Solsticialē. Tertiū æquatorē. Quartū brumalē. Quintū antarcticū. At iis, qui ppius, quā nos Septētriones incolūt, primus interdum Solsticialis tropicus numerat. Secundus Septētrionalis. Tertius æquator. Quartus antarcticus. Quintus brumalis circulus. Cū nāq; Septētrionalis Solsticiali capacior euadit, necesse est memoratū ordinē seruari.

### DE POTESTATE AEQVIDISTANTIVM.

Ami uero nec potestates eorundē æquidistantiū in eadem. Nā qui nobis Solsticialis circulus habetur Antipodibus certe brumalis efficitur, cōtra qui illis

Solsticialis est, nobis brumalis reddit. Sed qui sub æqua-  
tore degūt, iis uniuersi tres circuli virib⁹ plane Solsticiales  
sunt, utpote sub ipsam solis orbitā incolētibus. Quāquā  
si ad se inuicē cōferantur, qui nobis pro æquatore statuit,  
Solsticialis uicem optinet. Ambo uero tropici p bruma-  
libus censem̄t. Nāq; is demū natura Solsticialis circulus  
ppetuaq; ratione in toto terrarū orbe dici potest, q; pxime  
habitationem habet. Quo fit, ut iis, qui sub æquatore  
agunt, æquator ipse pro Solstiali statuatur, utpote in  
quo sol supra uerticē agitur, pro æquatoribus aut̄ omnes  
æquidistantes circuli, uelut per æquas partis ab horizonte  
dissecti.

## DE INTERVALLO AEQVIDISTANTIVM.

Ed nec interualla circulor̄ in toto orbe a se inuicē  
s stata sunt. Verum pro Sphærarū descriptione ad  
hūc modū disp̄sari solēt. Diuisio in sexaginta par-  
tis meridiano quois circulo, Septētrionalis circulus a po-  
lo sexagesimaru partiu sex interuallo describitur. Idem in  
alteram partē a Solstiali circulo sexagesimaru partium  
quinq; interuallo notatur. A equator ab utroq; tropicoru  
sexagesimis quaternis distat. Brumalis circulus ab antar-  
cticō sexagesimis quinq;. Antarcticus a polo sexagesimis  
sex. Neq; tamē in omni plaga urbeue eādem intercapedi-  
nem inter se seruant. Sed tropici ab æquatore parem in  
omni inclinatione distantiā uendicāt. Idem autē ab arcti-  
cis nō parem per omnes horizontas, sed alibi minorem,  
alibi maiorem. Ita demum & arctici a polis non parem in  
quauis inclinatione distantiā seruant, sed alibi maiorem,  
alibi minorem habent. Sphære tamen omnes ad Gracciae  
horizonta describuntur.

## DE COLVRIS.

Vnt & per polos ducti circuli quos nonnulli colu-  
ros uocant, iis accidit, ut in ambitus suos, mundi  
polos recipiat. Coluri autem dicti sunt, quod par-  
tis aliquas in se minime cōspectas habent. Reliqui enī cir-  
culi in mundi circūactu integrī cernuntur. Sed coluroꝝ par-  
tes quæpiam, quæ uidelicet, ab antarctico sub horizonte  
latent, cerni nō possunt, signātur autē iis circuli per tropica  
pūcta, diuidūtq; per duas æquas partis circulum, qui per  
media signiferi dicitur.

## DE SIGNIFERO.

Bliquus circulus is est, qui duodecim signa conti-  
net ex tribus æquidistantibus circulis constans.

Quorum duo latitudinem signiferi determinant,  
unus per media signa ductus uocatur, hic adeo duos pares  
& æquidistātes circulos attingit, Solstitialē in prima Cā-  
cri parte, brumalē in Capricorni principio, latitudo signi-  
feri continet partes duodecim. Dictus est autem hic circu-  
lus obliquus, quod æquidistantes ad in æquales angulos  
intersecet.

## DE HORIZONTE.

Orizon uero circulus est, qui conspectam mundi  
partem ab inconspecta dirimit. Itaq; in duas par-  
ties uniuersam Sphærām secat, ut alterum Hemis-  
phærium supra terram, alterum sub terra relinquat. Est  
uero Horizon duplex, alter qui sensu usurpatur, alter  
qui sola ratione percipitur. Ergo sensilis Horizon est,  
qui a nostro uisu in termino uisionis circumscribitur. Hic  
adeo non amplius duum milium stadiorum dimetientem  
habet. Qui autem ratione percipitur, ad fixarum stellarū

Sphærā pertinet, mundūq; totū in duo secat. Nec uero p  
omnē tractū urbemue, idē horizon est. Sed sensu idē qua/  
dringentis fere stadiis manet. Quo sit, ut dierum lōgitudo  
& clima & apparētiæ oēs eadem sibi cōstent. Aucto uero  
stadior; numero, pro habitationis diuersitate, Horizon,  
Clima, oēs deniq; apparētiæ, mutātur. Cōuenit tamen, ut  
habitatiōis ultra q̄dringenta stadia mutationē ad Austrū  
boreamue accipiamus. Siquidē, qui eundē æquidistantem  
incolūt, in quamlibet magno stadior; numero, horizonta  
quidē diuersum habent, clima uero idē. Et apparētias oēs  
similes. Dierū tamē exitus initiac; haud quaq; iis qui eun/  
dem æquidistantē habitāt, eodē téporis momēto eueniēt.  
Verū si exactæ rationis examini stare uelimus, pro quoli/  
bet puncto, in quauis orbis parte mutari situs / Horizon,  
Clima, & oēs apparētiæ euariāt. Horizon uero ea ratiōe  
in Sphærarū descriptionē nō adhibetur, qđ reliqui circuli  
oēs ab ortu ad occasum circunacto mūdo una rapiūtur.  
Horizon suapte natura quietē amat, eodem semp seruato  
situ. Si itaq; Horizon in Sphæras adderet, circumactis iis  
etiā eū moueri. Et nōnunq; supra uerticē esse, accideret. Id  
quod certe tum captū oēm superat, tum a Sphære ratiōe  
abhorret. Verum nō incōmode situs eius ab alueo in quo  
Sphæra reuoluitur, intelligi solet.

### DE MERIDIANIS CIRCVLIS.

Eridianus circulus est, qui per mūdi polos & pun/  
m etum quod nobis supra uerticē eminet, ducitur. In  
qué cū sol incidit, medios dies, mediasq; noctes effi/  
cit. Hic etiā circulus, immotus in mūdo est. Vno eodēq; in  
tota mundi uertigine seruata positu. Nec in Sphæris, qui  
astris insigniunt adscribit, quod & immotus sit, & nullam

mutationē recipiat, sed (quod sensu usurpari possit) trecē-  
tis fere stadiis idem meridianus manet. Ratiōis tamē scrū-  
pulosiore indagine ad quēuis gressum, qui ortum uersus  
occasumue dirigitur, nouus meridianus notatur. Ad Au-  
strum enim boreamue quātumuis p̄grediare, etiā si decem  
miliū stadiorū interuallū intersit, idem meridianus seruat  
quum ab ortu ad occasum itur, mutatur.

### DE LACTEO CIRCVLO.

Bliquus etiā est & lacteus circulus, hic itaq; supra  
tropicos obliquatus cernit. Cōstat aut̄ extenui ne-  
bulosa substātia. Vnus certe cœlestiū circulor̄ cō-  
spicuus, nec certa latitudine definitus, sed aliqua sui parte  
latiore, aliqua angustiore. Quo minus equidē in plerasq;  
Sphæras adscribi solet. Est aut̄ unus e numero maximo  
circulor̄, q̄ppe cū maximi circuli in Sphæris dicant, qbus  
idē centrū cū Sphæra est. Sūt porro maximi circuli septē  
Aequator. Signifer. Qui p̄ media signa duci, qui p̄ polos  
duci. Cuiuscq; habitatōis Horizon. Meridianus. Lacteus.

### DE QVINQVE ZONIS.

Otius terræ superficies Sphærica est. Et diuiditur in  
zonas quinq;. Ex qbus duæ sunt quæ circa polos  
describunt. Frigidæ dictæ qđ maxime absunt a so-  
lis orbita. Eadem ob frigoris iniuriā parū habitatæ. De-  
terminātur aut̄ polos uersus, arcticis circulis. Quæ uero  
post has deinceps habent, qđ mediocriter ad prætereunte  
solē sunt sitæ, tēperatae appellant. Habētq; in cœlo limites  
arcticos, tropicosq; circulos, qbus interiacēt. Reliqua, quæ  
inter memoratas q̄tuor mediū locū tenet, qđ sub ipso solis  
trāsitu iacet, torrida nuncupant. A terrestri æquatore indu-  
as ptis diuisa. Is porro sub mūdi æquatore porrigit, sed ex

tēperatis altera a nostri orbis hoībus incolitur, ipsa longa  
prope centum milibus stadiorū, lata fere dimidio.

## DE SIGNIS CAELESTIBVS.

Igna stellis insignita diuidunt̄ in partis tris. Quædā  
enī in signifero locata sūt, quædā septētrionalia uo/  
cant, quædā austrina. Quæ itaq; i signifero sita sūt,  
duodecim aīalia sunt, quoꝝ nomēclaturas alibi diximus.  
In iis duodecim stellæ quædā sunt, quæ ob quasdā quas re/  
ferūt notas, pprias appellatiōes meruerūt. Siquidem sex  
nūero, quæ in tauri dorso uisunt̄. Pleiades noīant̄. Quinq;  
uero, quæ in capite tauri cernūtur Hyades dicuntur, stella  
uero, quæ pedes geminorū præcedit Propus, q̄sī præpes  
uocat̄, quæ uero in Cancro nubeculā referūt. Præsepe uo/  
cant. At duæ quæ iuxta præsepe collocatae sunt. A selli di/  
cunt̄, prænitēs aut̄ sydus, qđ in corde Leonis notā, gētili  
cū loco noīe Leonis cor dicit̄, a nōnullis regia stella, quod  
qui sub ea nascunt̄, regiā nativitatē sint nacti. Sed quæ in  
uirginis summa sinistra manu hæret, fulgida sane stella, spi/  
cam noīant. Stellula uero, quæ iuxta uirginis dextrā alam  
figitur Protrigetes dicit̄. At q̄tuor stellæ, quæ in summa  
aquarii dextra uisunt̄, Vrnæ nomē hñt. Quæ uero a pisciū  
caudæ partib⁹ sitæ deinceps sunt, Græce lini, latine lineæ,  
uel, ut q̄busdā placet, lineole nūcupātur. Sūt itaq; in Au/  
strina linea stellæ nouē, in Septētrionali qnq;, Sed præful  
gens sydus, qđ in summa linea cōspicitur, Græce syndes/  
mos, latine nodus nūcupatur. Septētrionalia sūt, quæcūq;  
ad Septētrionē signiferi sitū habēt. Sūt aut̄ hæc, ursa ma/  
ior, ursa minor, draco q̄ inter ursas locatur. Arctophylax.  
Corona. Engonasin. Serpetarius. Serpēs. Lyra. Avis. Sa/  
gitta. Aquila. Delphinus. Protome. Hippi, hoc est prior

equi portio. Iuxta Hipparchū equ⁹. Cepheus. Casiepeia.  
Andromeda. Perseus. Auriga. Deltoton. Et qui postea a  
Callimacho ī astra relat⁹ est. Berenices crinis. In iis rursus  
stellæ quædā, ob notas quas dā itegras, quas in se cōtinent  
pprias appellatiōes sunt fortitæ. Nā insigne sydus, qđ su/  
pra media arctophylacis crura iacet. Arcturus appellat⁹.  
Clara aut̄ stella, quæ iuxta lyrā posita est, totius signi noīe  
lyra dī. Quæ uero in Persei sūma sinistra spectantur, gor/  
goneæ nomē habēt, sed quæ in sūma eius dextra notant̄.  
Stellulæ certe crebræ, paruæq; falcē conficiūt. At illustre  
sydus, qđ in aurigæ sinistro humero cernimus, caprā no/  
minamus. Duas uero exiguae stellas quæ in summa eiusdē  
aurigæ manu figūtur, hedos dicimus. Austrina signa sunt,  
quæcūq; ad meridionalē signiferi partē sunt posita. Eorū  
nomina hæc sunt. Orion. Procyon. Lepus. Argo. Hydra.  
Cratera. Coruus. Centaurus. Fera, quā centaurus tenet,  
Thyrsolochus, quē centaurus præfert. Thuribulū. Au/  
strinus piscis. Cetus, Aqua, quæ ab aquario fundit. Flumē  
quod ab Orione defluit. Australis corona, quam nōnulli  
Vraniscum uocauere, ac si a cœlo diminutiū declines. Et  
iuxta hipparchū caduce⁹. In iis quoq; stellæ quædā ppria  
sibi noīa uēdicauere. Quippe lucida stella, quæ in Procyo/  
ne cernit̄. Procyon appellat⁹, quæ uero in ore canis cōspi/  
cuo splēdore aspicit̄, quodq; æstus incremēta secū afferre  
putatur, canis eodē quo totū signū nomine cēsetur. At sy/  
dus quod in summo argus gubernaculo fulget, canobus  
noīatur, hic in Rhodo ægre cōspicitur, aut certe ab editis  
locis. In Alexandria uero prorsus nō cernitur, utpore uix  
quarta signi portione, supra horizontem extante.)

F I N I S.

b z

DE ORTV ET OCCASV SIDERVM VT  
est apud poetas. Varronē. Columellā. Pliniumq;  
& cæteros. G. T. Collimitii apendicula.

Iderū ortus atq; occasus alios esse ueros, alios  
apparentes nō ignorare cōuenit. Verorū aliis  
Matutinus aliis uespertinus dici solet. Matuti-  
nus quidē ortus dicitur quū oriēte sole, stella aliqua simul  
supra orizontē cōscendit. Ethic Cosmicus seu Mūdanus  
est, de quo Ouidius Fastorū quarto. Pleiades incipiēt hu-  
meros releuare paternos. Quæ septē dici sex tamē esse fo-  
lent. Et Columella libro. 12. ca. 2. Octauo Idus Octobris  
Coronæ clara stella exoritur. Matutinus aut̄ occasus uel  
Cosmicus quod idē est, dicitur quū oriente sole, stella sub-  
tus orizontē deprimit, de quo illud Ouidii Fastorū primo  
Octipedis frustra querūtur brachia cācri. Præceps occi-  
duas ille subibit aquas. Illud quoq; Varronis de re Rust.  
lib. 1. ca. 34. Fabam optime seri in Vergiliarū occasu, Vuas  
aut̄ legere & uindemiā facere iter equinoctiū Autūnale &  
uergiliarū occasum. Vespertinus uero ortus, quū sole occi-  
dente astrū aliquā supra horizonta emergit, qui etiā Chro-  
nicus uel Tēporaneus dicitur quod idem est, Huius ortus  
nō nescius Naso in Fasto. lib. 3. scribit in hæc uerba. Scor-  
pius a prima parte uidēdus erit. Et Columella lib. quo su-  
pra. Sexto Idus Octobris Vergiliæ exoriuntur uesperi.  
Occasus uespertinus siue Chronicus fit, quādo stella cum  
sole occidit. Ilius occasus meminit præfatus Poeta. 4.  
Fastorū in hæc uerba. Ensifer Orion æquore mersus erit.  
Et Plini. lib. 18. cap. 26. Decimoquarto Kaleñ. Maii suc-  
culæ occidūt uesperi, sidus uehemens & terra mariq; tur-

bidum. &c. Sed fortassis hoc nōnullis dubitationē pariet  
q̄ Vergiliæ, testimoniio Varronis in Autumno occidunt.  
quas Columella eodē tēpore exoriri prodidit, quod & sæ/  
pius apud scriptores reliquos fieri posse cōperitur. Quo/  
circa notatu dignū censeo, q̄ unū idemq; sidus, eodem tē/  
pore occidere oririq; cōtingit, differenter tamē, ita ut si hic  
Matutinus ille uespertinus siet, uel e contrario, de qua re,  
cum appendiculā solam nos hic subiūcturos decreuerimus;  
alibi copiosius disseremus, hæcq; breuissima studiosus le/  
ctor eo diligētius in animo uoluat, secūq; uti id contingere  
posset disquisitius contēpletur. Ad Apparētes siue quod  
idem est Heliacos digressus, propositū ut breuissime po/  
tero, terminabo. Apparentiū igitur Matutinus ortus est  
quū stella a solaribus radiis emergēs, mane ante solis ortū  
apparere incipit. Hoc quidē ortu quinq; erraticas & plu/  
res stellarū fixarū aliquādo oriri accidit. Plures inquam &  
nō omnes, quādoquidem stelle fixe propinquiores polis  
mundi quam sit regionis latitudo (si regioni latitudo est)  
nullum prorsus ea in regione ortum occasumue faciunt.  
Verum alie semp a nobis cernūtur, alie perpetuo nostrum  
conspectum fugiunt. Quod præterea Luna isto nō oritur  
modo eiusdem motus Theorica sane aperit. Aliquas aut̄  
stellas fixas sic oriri. Ouidius primo Fastorū ostendit his  
uersibus. Interea Delphin clarū super æthera sidus Tollit/  
tur, & patriis exerit ora uadis. Et Columella ubi supra.  
Decimotertio Kalendas Octobris Sol in libram transitū  
facit. Crater matutino tēpore apparet. Matutinus occa/  
sus quū ob uicinitatem solis stella occultat & mane cōspi/  
ci desinit, ita Venerem, Mercuriū, Lunamq; dūtaxat occul/  
tari animaduertimus. Lunā dum sic ad occultationē pro/

perat. Varro capite. 37. libri primi, extremā uocat. Emer-  
gentem nero primam. Et Plinius de occasu Lunæ lib. 18.  
ca. 32. hiis uerbis. In coitu uero quod interlunium uocant  
quū apparere desierit. Vespertinus porro ortus est quā-  
do astrum solares radios egrediens Vesperi post Solis oc-  
casum lucescit, hoc quoq; ortu non nisi dicti tres Planetæ  
Venus scilicet Mercurius atq; Luna exoriūtur. Vesperti-  
nus occasus est quum ob uicinitatē Solis stella occultatur  
vesperiq; conspicī desinit. De hoc Fastorum tertio in hæc  
uerba. Tertia nox demissa suos ubi mouerit ortus. Candi-  
dus e geminis piscibus alter erit. Et apud Plinium li. præ-  
allagato c. 26. Orion & gladius eius incipiūt abscōdi. &c.  
Magnam autē diuersitatē in omnibus iam dictis ortibus  
occasibusq;, latitudo astrorum ab ecliptica efficit, fitq; ut  
Boreales stellæ citius, Austrinæ uero tardius in emersū sese  
proferant. Eadem ratione & id contingit, ut uerus occasus  
certi syderis Verum eiusdem ortum longo tēporis inter-  
vallo antecedat. Quod in his stellis quæ omnis, aut mag-  
næ latitudinis expertes sunt fieri minime deprehendimus.  
Sed nec legenti facile est discernere quē ortum occasumue  
quispiam author putauerit, Si uerum locum astri Solisq;  
non diligenter perscrutarur ed:scitq;.

### Conscia fati Sidera.

VERVS DVODECIM AVTORIS INCERTI  
quibus. 4z. imagines, ab Higinio descriptæ  
comprehenduntur.


Ad Boreæ partes Arcti uertuntur & Anguis,  
Post has Arctophilax, pariterq; Corona, genuq;  
Prolapsus. Lira. Avis. Cepheus, & Cassiopeia  
Auriga, & Perseus. Deltoton & Andromedæ astrum  
Pegasus, & Delphin. Telumq;. Aquila. Anguitenensq;  
Signifer inde subest, quem bis sex sydera complent.  
Hinc Aries. Taurus. Gemini. Cancer. Leo. Virgo.  
Libraq;. Scorpius. Arcitenens. Capriornus, & Vrnam  
Qui tenet, & Pisces, post sunt in partibus Austri  
Orion. Procyon. Lepus, ardens Sirius. Argo.  
Hidrus. Chiron. Thurrubulum quoq; Piscis & ingens  
Hunc sequitur Pistrix simul Eridaniq; fluenta.

Viennæ Pannoniæ, per Hieronimū Vietorem  
& Ioannē Singreniū. Mense Nouemb.  
ANNO. M. D. XI.

VERSAS DODECM. AVTORS IN ERLI  
dipas v. t. m. sp. H. h. g. q. c. p. i.  
c. o. d. l. i. g. u. m. n. t.

A. q. D. o. r. e. p. i. c. s. A. r. c. i. i. n. t. u. m. n. t. S. A. n. d. u. i. s.  
P. o. l. l. i. s. A. i. c. o. b. p. i. l. i. z. p. i. t. t. e. d. C. o. i. o. n. s. Q. c. m. s.  
P. r. o. p. l. u. s. L. i. s. A. t. i. s. C. d. p. l. u. s. S. G. s. l. i. c. c. i. s.  
A. n. d. u. i. s. S. P. a. t. i. s. D. e. l. e. t. o. n. S. A. n. d. e. r. m. e. s. S. l. i. f. t. u. m.  
P. e. q. t. u. s. S. D. q. b. p. i. l. T. d. u. m. s. A. d. u. i. s. A. n. d. u. i. c. u. c. u. l. i. s.  
S. g. a. s. f. i. a. n. d. e. l. u. p. o. g. d. u. m. t. p. i. s. t. e. x. U. g. e. r. a. c. o. u. p. l. o. e. r.  
H. n. i. c. A. t. i. s. T. s. u. r. s. C. u. m. m. i. C. a. n. c. e. T. c. o. V. A. n. d. e.  
I. p. i. s. a. d. S. c. o. l. p. i. s. A. t. i. c. u. c. u. s. C. a. p. c. i. o. n. u. s. S. V. i. n. t. u. m.  
Q. u. i. t. e. c. t. S. p. i. c. c. s. P. o. l. l. i. n. e. n. l. p. a. t. i. p. a. s. A. n. u. i. t.  
O. l. i. o. r. P. i. o. l. o. l. T. c. p. a. s. S. i. d. e. s. S. p. i. l. i. s. A. t. o. o.  
H. i. b. r. i. s. C. h. i. l. o. n. T. p. u. t. i. p. u. n. t. u. m. d. r. o. d. P. i. k. i. s. S. i. n. g. c. u. s.  
H. u. r. c. f. e. d. a. r. i. a. n. P. i. l. l. i. n. E. i. d. i. a. s. i. d. H. i. n. c. u. s.

V. i. c. i. u. t. P. i. n. o. u. i. e. S. p. a. H. i. c. i. o. u. i. m. V. i. c. i. o. t. e. m.  
S. g. J. o. n. u. S. i. n. g. e. m. u. M. a. n. u. e. N. o. n. e. m. p.  
A. N. N. O. M. D. X.



BSB

